

IN LIBRUM DECIMUM

EPI TOMA.

CArmaniola, Venetarum copiarum Imperator, Brixiam Philippo ademit: Philippi copiae ex He-
truria revocatae Brixiam circumfederunt: Ve-
neti ingenti vallo Brixensem arcem cinxere:
Hostis longa obsidione fatigatus arcem Veneto dedit:
Pax cum Philippo facta illius culpa non tenuit: Me-
diolanenses Philippum ad bellum reparandum sunt hor-
tati: Veneti, renovato cum Florentinis foedere, bel-
lum & ipsi repararunt: Fregosii exules a Genuensibus
praelio victi, Liguria cessere: Philippi classis non mul-
tum infra Cremonam a Venetis profligata est: Nec
multo post bis circa Cremonam parum prospere ab his
est pugnatum: Ad Brixiam hostes in insidias praecipitati,
equites non paucos amisere: Ad Otholengum subita ho-
stium eruptione in Venetis castris vehementer est labo-
raturum: Totis viribus ad Ollium ancipiti utrinque mar-
te dimicatum: Novissime ad Macloedium, ubi fractis
Philippi opibus, pax secuta est.